

A. Ω.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA

OLFAC TUS NATURAM

exhibens,

Quam

DIVINA AFFULGENTE GRATIA,
Et Ampliss. Facult. Philosoph. in Regia
Acad. Aboënsi contentiente,

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi

Dn. M. PETRI HAHN,
Scient. Natur. Professoris Ordinarii
& Bibliothecarii Celeberrimi, Fautoris & Pro-
motoris quovis observantiae cultu ætatem
prosequendi.

Publicæ bonorum censuræ modestè submittit

S. R. M. Alumnus

JOHANNES WICKELGREEN/
Wex. Smol.

In Acr. Max. ad d. si DEO videatur 13. Martii
A. M. DC. XCVII.

Impr. apud Jo. LAURENTI WALLIUM.

Mars. Sérkholz



VIRO

Amplissimo atqve Celeberrimo
DN. M. PETRO
HAHN,

Scientiæ Naturalis, in illustri, quod
Aboæ est, Musarum Palladio,

PROFESSORI

Famigeratissimo,

ut &

ACAD. BIBLIOTHECARIO

Accuratissimo,

Mæcenati & Promotori suo
propensissimo,

Præceptorи fidelissimo, pio animi
zelo & submissa mentis venera-
tione æternum suspi-
ciendo.



nod hæc tenuioris ingenii mei tentamina, Amplitudinis Vestræ auspicio in lucem edita, Celeberrimo Vestro Nomi inscribere & consecrare non sim veritus, fecit insignis & quidem singularis Amplitudinis Vestræ in me humilium Clientulum & consanguineum suum, per triennium, quo, in plaga hac boreali hospes vixi, favor & benivolentia; quæ majora extitisse lubenti & ingenuo animo confiteor, quam ut iisdem debitibus laudibus extollendis, ne dicam referendis par unquam esse queam, Cogorque necessitate actus quod socrates olim platonis fecit, coram Amplitudine Vestra usurpare. Is cum beneficiis solvendis impar em fuisse videbat, inopiam ingenue confessus, Socratem O plato accipe pro beneficiis exclamavit. Ego mini-

me

me amplioribus ornatus muneribus, me Am-
plitudini Vestræ perpetuo devotissimum in
preium beneficiorum devoeo. Dignetur itaque
Celeberrima Vestra Dignitas hasce linea-
las, quas, in æterna gratitudinis sacramentum,
omniumque obsequiorum & officiorum humili-
orum certissimum pignus offero, serena & be-
nevolæ fronte inspicere, meq[ue] tenui fortuna affli-
ctum favore suo solito insuper fovere, est quod hu-
militer ogo & obtestor. Vibat interea Amplis-
sima Vestra Dignitas diutissime! felicissime!
Emolumenntum Ecclesie; Patriæ Decus; Am-
plissimæ suæ Familiæ insigne fulerum &
gaudium, mens denique omniumque ope sua
largissima indigentium gratiosus Fautor & Pa-
tronus Magnus. Sic pia & devota mente dovet

AMPLITUDINIS VESTRÆ

humilimus cliens
J. W.

Plurimum Reve
& Doctis

DN. M. PETRO OSANDRO,

Præposito in Kongahårad meritiſſimo, Pastor i in Lindern & Sandſið Vigilantissimo, Mæcenati & Patrono ſemper colendo.

DN. M. ABR A H. THURONIO,

Pastori in Rimitto fideliffimo, Fautori & Benefactori multum honorando.

DN. J O H A N N I uhr/

Pastori in Håſløf etc. vigilantissimo, Avunculo & Promotori ſuo jugiter colendo.

DN. P E T R O B E R G I O,

V. D. Ministro in Rimitto ſolertiffimo, Fautori & Amico honoratissimo.

RIS

rendis, Clarissimis
simis

DN. M. MAGNO LAGHE,

In Regio Gymnasio Wib. S. S. Theol.
Lectori & Consist. Eccl. Assessori
dignissimo, nec non in Suckijårfwi
Pastori laudatiss:, Promotori quovis
obseqviorum genere proseqvendo.

DN. JOHANNI Kandfel/

Past. in Wåckelsång/Tingzåhs & Uhr-
åhsa meritissimo, Fautori & Everge-
tæ multis nominibus observando.

DN. NICOLAO CORNERO,

Pastori in Bagary fidelissimo, Fau-
tori singulariter honorando.

nec non

DN. JOHANNI MEJER,

In urbe Aboënsi Aurifabro Artificio-
fissimo, Fautori itidera honorando.

Plurimum Reve
& Doctis

Dn. M. PETRO OSANDRO,

Præposito in Kongahårad meritissi-
mo, Pastor in Lindern & Sandfjord
Vigilantissimo, Mæcenati & Promo-
tori indubitatisimo.

Dn. M. SVENONI Hådtk/

Pastori in Nøbeled & Torsåhs Di-
gnissimo, Fautori & Promotori cer-
tissimo.

Dn. JOHANNI Uhr/ Pastor

in Håsslof etc. vigilantissimo, Avun-
culo & Promotori suo jugiter colendo.

Dn. PETRO BERGIO,

V. D. Ministro in Rimitto soler-
tissimo, Fautori & Amico honora-
tissimo.

rendis, Clarissimis
simis Viris

DN. M. ABRAH. THURONIO,
Pastori in Rimitto fidelissimo, Fau-
tori & Benactori multum hono-
rando.

DN. JOHANNI Kandell/
Past. in Wäckelsång/Tingjåhs & Uhr-
åhsa meritissimo, Fautori & Everge-
tæ multis nominibus observando.

DN. NICOLAO CORNERO,
Pastori in Bagarn fidelissimo, Fau-
tori singulariter honorando.

DN. ANDREÆ AQVILONIO,
V.D. Ministro in Wäckelsång/ Tingj=
åhs & Uhråsa fidelissimo, Fautori suo
itidem honorando.

Multorum, Mæcenates & Patro-
ni Optimi, ardens monet desi-
derium, jubet ingens eorum debitum,
ut illis paratissima quævis offerant officia,
quorum congenitum erga se favorem certo
certius exploratum habent. Talem Vestrum,
Mæcenates & Fautores Optimi, Favorem
& beneficia singularia, saepe expertus omni
semper expetivi voto, ut aliquid gratitudinis
signum edere possem, cumque spe diu frustra-
to nihil aliud occurrat, opellam tandem hanc
tenui profectam Minervâ, in grati animi &
debitæ venerationis tessera Nominibus
vestris dicare & offerre ausim, quod vilius
licet munus sit, quam ut ullam debiti mei
partem solvere valeat, sereno tamen vultu &
favente nutu id accipiatis quæso, meiq; semper
memoriam in animis vestris accrescere & pro-
ficere sinatis etiam atq; etiam rogo! Supremum
interea Numen simplici mente venerari non de-
sistam, ut vos omnes salvo & incolumes tectos q;
ab omni malo clementer tueatur & conservet!

VEST. NOM.

Addicissimus

Cliens

J. W.

Diss. aut.



Christe fac ut Sapiam, qvia tu Sapientia Patris
Sulcus es, & tecum qvi Sapit, ille Sapit.

PRO E MI U M.

Vanta inter sensus cæteros, quorum quilibet singulari suo eminent vigore, usu & præstantiam, Olfactus fit dignitas & excellentia, quam inæstimabilis ejus utilitas, et suavitas eximia; id manifestissimo veritatis indicio testatur Philosophorum princeps Aristoteles, cap. de sensu & sens. in hacce verba erumpens: Olfactus τῆς σωληνείας καὶ τῆς εὐσεξίας, i. e. conservationis & salutis, nec non ornatus & voluptatis causa animalibus concessus est; ut scilicet præsentiendo pastum quærant, & perniciosum pestiferumque declinarent, ejusque beneficio varia utilitatis commoda percipiunt: hinc quoque

A.

sen-

sensus alimenti dictus est. is enim rerum quæ gustari debent, velut explorator sit oportet, ne temerè noxia degustemus. Omnibus igitur in universum animalibus hic odorum communis est usus, quod nutrimentorum utilium & inutilium sint quasi indices, siquidem animal nullum libenter vescitur eō, à cuius odore totus abhorret. Hominum præterea utilitati odores quidam per se & sua naturā absque alimenti respectu inserviunt, non raro enim florum, aromatum, taliūmque bene fragrantium rerum odoribus vehementer gaudemus, qui nihil ad nutritionem conferunt, sed solam delectationem, spirituumque animalium refectionem præbent. Dum vero sensum hunc multis celebrandum encomiis, circa quem, svasu Celeberrimi Domini Præsidis, tenuioris ingenii mei vires experiri constitui, crebrâ mentis agitatione considero, ejusque intricatae subtilitatis indolem altiori pectoris scrutinio contemplor, tot mihi obveniunt

varia

varia opinionum dissidia, tot acerrima
 Philosophorum de veris sensationis
 principiis certamina, ut in trivio con-
 filii constitutus animus, vereatur, nè
 tanta sententiarum varietas me acrio-
 ris ingenii inopem, altaque & prægran-
 dia naturæ scrutantem, ex recto navi-
 gationis cursu ad imas errorum pro-
 funditates detrudat. Cum verò sub spi-
 nosa difficultate, magna sæpè lateat
 pulchritudo, animum erigens vela ex-
 pando. Ut autem placidiori favonii
 aura ancipitis hocce fortunæ æqvor tra-
 jicere queam, Cymbamque in altum
 emissam tranquillior excipiat portus,
~~ἀνοματολογίας~~ seu nominis expositione
 consultò omislâ, utpote qvæ nullis dif-
 ficultatum fasciis involuta, sed cuivis
 in Philologorum Scholis aliquantulum
 versato facile est obvia. ~~πραγματολογίας~~
 seu Definitionem ipsam, qvæ hic u-
 tramque, qvod aiunt, facit paginam,
 exponere adnitar, eamque, præeunte Ex-
 cell. Sperling. talem sisto.

Olfactus est sensus externus nasi & precessuum mammillarium beneficio odoris species recipiens & cognoscens. Discursus nostri initium à Definitione argumenti ad rationis scrutinium jam nobis revocandi, movendum esse operæ pretium duximus. Omnis enim quæ à ratione de re quapiam suscipitur disquisitio, debet à Definitione proficiendi, ut manifesto constet indicio, quid sic id, de quo Disputationis actus institutatur, monente Cic. Lib. I. de officiis. Definitiones quidem varias hic afferre fategerunt rerum naturalium experti, pro ut illorum cuique subtiliori mentis suæ acie in cognitionem ejus penetrare contigerit. ē quibus tamen datam hanc, cum naturam & modum Olfactionis ex sententia nostra proximè indigitare videatur, rectè retinendam esse afferimus. Quam ad bonæ Definitionis normam, more in philosophia dudum recepto, nobis examinaturis duo

duo sese expendenda insinuant, Genus
 seu conceptus convenientiæ, & diffe-
 rentia seu conceptus distinctionis, quo-
 rum in Definitionibus formandis, cum
 valde utilem & necessarium veritatis
 indagandæ modum subministrant, ma-
 xima sempèr habenda est ratio, qvibus
 neglectis jejuna & exfangvis evadit o-
 mnis Definitio. ponitur itaqve hic ge-
 neris loco Sensus, idqve ideo legitimum,
 quod de suo definito ut essentiale
 latius & proximum in qvæstione
 qvid sit prædicari aptum est. hoc e-
 nim Olfactui una cum sensibus reli-
 quis tanquam speciebus univocis, sub
 eodem genere contentis competit, ut
 id extra dubitationis aleam evictum
 eunt potissima hæcœ requisitorum mo-
 menta, qvæ omnis sensationis veri-
 tatem adstruere debent, & huic in-
 ferius applicanda sunt. ut scilicet est
 primò Anima sensitiva, deinde organum,
 post hæc objectum, & postremò
 medium inter organum & objectum
 intercedens. Dicitur autem externus

senuum interiorum respectu, tum
 quod *αἰσθητὴρ* seu organum suum in
 exteriore corporis parte habet, tum
 quod *αἰσθητὸν* seu objectum sensile forin-
 secus percipit, & ad sensus interiores
 defert. Unde per Olfactum non nu-
 dam Olfaciendi *δύναμιν* seu potentiam,
 nec solum organum, qvod Arist. lib. de
 sensu & senti. sensum nominat, dicens:
*Sensibile possum supra Sensum non facit sen-
 sationem;* sed ipsam *ένέργειαν* & odoran-
 di actum intellectum volumus, quem
 non disjunctim, sed conjunctim, id est
 facultas & organum producunt. Dif-
 ferentiam vero absolvunt voces cæte-
 ræ in Definitione expressæ, petitur
 namque hæc ab organo remoto &
 proximo, objecto & modo cognoscen-
 di. qvæ singula singulatim in sequen-
 tibus nobis ventilanda veniunt.

§. II.

Hisce ita prælibatis, monet ratio in-
 stituti, rerumque ordo, ut pedem ul-
 terius promoventes ad propria Olfa-
 factus

factus requisita iudicij nostri aciem
devolvamus, qvorum hic primò inve-
stigandum sistitur organum. quamvis
enim Anima sensitiva, qvæ omni ani-
mali etiam rationis experti seu ipsis
brutis, ut commune & primarium Ol-
factus omnisque sensationis princi-
pium & causa ex necessitate competit,
corpori animato, amicō arctoqve consor-
tii vinculō sit conjuncta, eique toti ratio-
ne suæ præsentiae intimè communicata
adsit, organis tamèn destituta, nullius sen-
sationis auctor existit. Sapienter itaqve
prævida rerum mater Natura, quæ non
deficit in necessariis, sed cuiqve dedit
quod sat est, singulis animalium sensi-
bus sua assignavit organa, quorum o-
perâ tot insignes nobilesqj animæ vires
ē potentia in actum deduci queunt.
Qvod autem proprium & princeps Olfa-
ctus Sensorium sit habendum, de eo acer-
rimis semper sententiarum litigiis inter
Medicos & philosophos fuit controver-
sum; juvabit ergò in primis potiores opi-
niones eorum in medium proferre, no-

strōsque deindē rationis conceptus se-
cundum altioris animii, ingeniique emi-
nentioris naturæ scrutatorum ductum,
de hoc negotio exprimere. Orga-
num Olfactus nares quidem vulgò ad-
struendas esse asseritur, iisdemque odo-
rem, ut oculis colorem & lingvâ sa-
porem percipere perhibemur. Verum
licet nares ad olfactum aliiquid confe-
rant, & ut organum secundarium &
remorum concurrant, proprium tamen
& princeps ejus instrumentum non
constituunt, quod clarissimā irradiabit
luce, dum melioris cognitionis gratiā, eos
quibus nares inserviunt usibus, manudu-
cente Seid. in Lib. de homine pag. 219. re-
censemus, ut nimirum. Pulmones I.^o per
nares attrahant sibi materiam respiratio-
nis aërem. Vehant II. particulæ aëris
inspirati per nares ad cerebrum sursum
tendentes una secum odores ad verum
Olfactus organum: sunt qvippè boni
saviterque redolentium rerum odores
non solum cerebro & spiritibus ejus
grati ac salutares, verum insuper de
mul-

multarum rerum & esculentorum ge-
 nere animalibus indicia præbent. inser-
 viant III. nares expurgationibus cere-
 bri, cum per eas non aliter ac præpa-
 ratam capitinis portam superflua humo-
 rum excrementa excernenda & eve-
 henda sint. ex quibus dispalescit nares
 subsidiariæ tantum operæ vicem sustine-
 re, & ut causam sine qua non requiri,
 nec legitimo & adæquato sensorii lo-
 co substitui posse, ut pluribus infra
 dicetur. Arist. autem lib. de Sens. pro-
 prium Olfactus ἀνθρώπου in capite &
 juxtacerebrum repositum iri voluit, id-
 que operculi quodam tegumento obdu-
 ci, quod, ut intro receptentur odores,
 ab inspirato aëre operiri & elevari o-
 portere ait. Sed operculum hoc ne-
 mo haec tenus satis ostendere, neque in-
 dagatio Medicorum licet solertissima
 quidquam tale reperire potuit, decepit
 ergo philosophum, quod anatomiae
 inexpertus in ejusmodi conjecturæ er-
 rorem inciderit. Galenus verò in lib.
 de org. Olf. sensorium hoc intra cra-

20
niūm, in ipsis scilicet anterioribus ce-
rebri ventriculis, vel eorum extremita-
tibus, qva versus nares porriguntur ex-
istere affīmat, eosqve ventriculos va-
porosum qvendam spiritum continere
testatur. Verum nec hæc sententia cum
immoto certitudinis fulcro consistere
nobis videtur, indeqve facile redditur
elisa, qvod cerebrum nullius sensus ex-
terioris organum proprium sed com-
mune est, Spiritum nimirum anima-
lem in organis sensuum exteriorum
per nervos, ad actiones animales eden-
das suppeditans. Quidam Organum
Olfactus in naribus, hoc est in tenuissimis
quibusdam fibris à base cerebri, per *nervos*
propagatis constituunt, Olfactum-
que fieri aiunt, dum tenuiores corpo-
rum particulæ disjunctæ in aëre volan-
tes, non quidem qvælibet, sed quæ satis
subtiles, simul ac satis vividæ sunt, ut in
nares attractæ tenuissimas Sensorii fi-
bras pulsent, titillent, vellicent, aliisque
modis eas afficiant, qvam assertionem
Auctōribus suis libenter relinqimus.

ut

Ut autē mentem nostrā in principali olfactus organo indagando exponamus, notandum est Odores qvidem primo per aërem ad nares externas semper patentes transire, indeque ad nasum internum, qui osse cribroso & processibus mammillaribus constat deferri. Os cribrosum in media frontis base situm, ad summam nasi radicem fertur, narium totam fermè cavitatem opprens, plurima habet foramina, per quæ aéri & odoribus ad cerebrum apertus patet aditus. Processus mammillares duo sunt tubercula, & à sede, ubi ventriculorum anteriorum extremitates angustiores desinunt enascuntur; sunt albi, molles, nervis similes, non cavi aut perforati, intra calvariam consistentes, porrectique usq; ad sinus & foramina Ossis cribrosi, in hos nervi Olfactui dicati inseruntur, similitudinem cum papillis mammarum habentes, unde & nomen sunt fortiti. Hisce obstructis ceu coryza laborantibus evenire solet odorem valde debilem vel prorsus nullum sentimus. Princeps hæc pars est,

est, cuius beneficio fiet Olfactus, huic
immediatè opponitur nervus, faculta-
tem deferens, odorem suscipit & ma-
jorem cum illo convenientiam habet.
rectè Julius Casserius Placentius lib.
de 5. sens. *Observandum est in omni senso-*
ratio nervum mollem à Cerebro descendere, post
quem immediate statim verum occurrit organum,
ut in oculo crystallinus humor, in auditu
nervus expansus: sic etiam in Olfactu fieri,
quis negabit? ex hisce jam prolatis cuivis
oculos in calcaneo non gestanti, de vero
Olfactus organo patere, nobis spēs est.

§. III.

Sensorii naturâ jam tenui expeditâ
Minervâ, objectum sensile, sensorium
immediato excipiens nexus, sub incu-
dem examinis revocari vult, qvod no-
mine odoris insignitur, & olfactui ut
proprium & à cæteris sensuum exter-
norum objectis distinctum alligandum
venit, cuius indolem hic loci paucis
indigitare sufficiat, cum non absolutè
& ut in foro proprio, sed respective
tantum, quatenus scilicet in præsenti &
actu

actu formalis, Olfactui oblatus ad species Odoris apprehendendas eum movet atque excitat, nobis enucleandus offeratur. De hoc vero priusquam nostrum formemus judicium, pauca per remotionem in antecessum mittere ere esse videtur. Odores primo Pythagoræi substantiam quandam vaporosam & fumosam esse conjectarunt, iisque animalia nutriti possesse dixerunt. In quorum sententia & castra deinceps transferunt, eamque suæ auctoritatis subscriptione approbare conati sunt Hippocrates, Heraclitus, Empedocles, Platonici, & cum his Recentiores quidam Philosophi. Verum aliud suo testimonio probatum ivit Arist. demonstrans odores non esse halitus sive defluxus a corporibus, sed Accidens & quidem qualitatem sensibilem, substantiis seu halitibus extraessentialiter ut subjecto inhærentem. Confunduntur ergo ab illis Categoriae substantiae cum Accidente seu qualitate, quæ hic est odor. Omnia namque objecta sensibilia,

14
lia, qvibus afficiuntur sensus, qvalita-
tes sint oportet. nulla enim substantia
immediate incurrit in sensus, cñm nul-
la substantia creata immediatum acti-
onum suarum sit principium. Solus
namque DEUS, in qvem, uti omnis com-
positionis expertem, nulla Accidentia
cadunt, immediate suas operationes exe-
rit. Substantiæ autem creatæ, cum
fint compositæ absque beneficio & mi-
nisterio Accidentium actiones suas ab-
solvere nequeunt. Sic Olfactu percipiuntur flores & aromata, non qvate-
nus sunt substantiæ, sed qvatenus o-
dorata, seu odoribus sunt prædita.
De odorum natura secundo talem fe-
runt sententiam Conimbricenses Aristote-
telis Interpretes, qvod sit qvalitas ex sicco
sapido cum humido à calore permisto &
temperato, in mixto orta. Estenim ajunt,
odoris & saporis ea cognatio, ut omne sa-
pidum odoratum sit & omne insipidum
odore destituatur: in eo tamen odorem
à sapore differre autumant, qvod in sapo-
re humiditas, in odore fccitas prævaleat.

Effi-

Efficientem odoris causam, ut omnium in multis operum Calorem faciunt, qui siccum humido more & modo debito permisceat, indeque rationem petunt, quod res odoratæ plerumque calefactæ plus odoris emittunt, sic à propria odoris natura & origine aberrantes in quævis errorum feruntur devia, verisque falsa supponunt, odoresque omnes ad variam Elementorum permissionem & qualitates primas, in quarum potestate non sunt deducere conantur. Sed dicimus nos hic cum Scaligero. Naturam per naturam esse explicandam, non vero per rationes nostras evertendam. Si in odore, ut ajunt, prævalet siccum, cur tot res humidæ odoratissimæ, & tot res siccæ inodoratæ existunt? Urina putrida plus satis odorum de se spargit, nec tamen sicca est. Et licet gustus & Olfactus sit quædam affinitas, odoresque sapori bus cognati habeantur, gratis tamen odores & sapores necessariò subiecto conjungunt. Odoremque partis sapidæ

dæ esse affirmant. Experientiam enim consulenti aliud patebit, qvia datur res sapidissimæ & acerrimæ, nihil vel certè minimum odoris continentes. Qvanta corrodendi vis & acrimonia sit in arsenico, mercurio sublimato & aliis mineralibus: oleo vitrioli, dracunculo, aro ac similibus, notissimum est: in quibus nullus vel exiguus est odor. Nec firmiore veritatis talo nititur, qvod calorem odoris causam efficientem esse statuant, cum unum Accidens alterum idque reale producere nequit. Interrim tamen non negamus Calorem causæ instrumentalis vicem implere, & efficienti scil. corporis odorati formæ specificæ subsidiariam operam ad odoris educationem e subjecto præstare. Nos ergò Chymicorum informatione melius edocti, primum Odorabile sulphur esse innuimus. ut autem tutiō procedamus viâ, & facilitiori negotio naturam & essentiam Odoris indagemus, Definitionem ejus subnectimus. *Odor est qualitas corporis missi, orta à sulphure,*

ad rerum differentias naribus representandas.
 Ex qua essentia odoris verè & realiter
 elicitur, qvod sit qualitas sulphuri ut
 primo radicali & subiecto proprio in-
 existens. Ubi enim Sulphur, ibi sem-
 per ejus proprium Odor, qui licet in
 multis sulphureis non semper percipia-
 tur, sit hoc saltem in integris: in reso-
 lutis verò manifestissimè sentitur. Ut
 enim vinum actu frigidum appareat, et-
 si calidissimum, ut ex Spiritu ejus in-
 flamabili pater; ita sunt res multæ odo-
 ratissimæ, quæ tamen integræ nullum
 odorem nisi contritæ & accensæ fue-
 rint emittunt, quantum odorem nari-
 bus exhibent sulphur & pinguedines
 accensæ, ex candelarum extinctorum
 fœtore satis animadverti licet, neque
 sulphur semper in forma oleosa &
 pingvi appareat, sed sæpè etiam in spi-
 rituosa, ut in spiritu vini conspicitur.
 Ita in rosis minima sæpè est quantitas
 Spiritus Φλογες, istamen valde odora-
 tus est, magnamqve aquæ copiam ali-
 quot guttulæ odoratam reddunt.

§. IV.

Differentias odorum, cum inter animalia cuncta, quæ præclaro Sensu Olfactus natura beare dignata est, homo ob humidiorem & frigidiores cerebri constitutionem, eundem debiliissimum acceperit, nobis parum perspectas habemus, propriisque nominibus insignitæ non sunt, sed analogiâ & similitudine quadam saporum describuntur, quorum quoque sortiuntur appellationes, & dividuntur in extremos & intermedios. Extremi sunt, *suavis* & *amarus* seu *gratus* & *ingratus*, ille est in melle, eroco, Musco &c. hic in aceto, urina, putrida, fecibus humanis & aliis. Intermedii sunt *gravis*, *amarus*, *Stypticus* acerbus &c. quos passim habemus in Oleis, pinguedinibus & aliis. Qvod vero appellationes odorum à saporibus desumi diximus, non ita accipiendum erit, ac si cum dulci sapore, semper dulcis coniunctus sit odor, & cum amaro amarus, experientia namque reclamat, dulcis & gratus est odor chamomeli, sapor

por autem amarissimus: Idque ideo contingit, qvod alia sit temperies aliud que subjectum proprium saporis, aliud odoris, in eo verò similitudinem notamus, quod sicut sapor dulcis jucundè afficiat gustum, ita benè afficit similis odor Olfactum. Seqvuntur autem odores quidam alimentum, qvod eorum beneficio animalia explorant: & hi per se nihil voluptatis aut molestiæ præbent, sed per accidens solum, quantum alimenti sunt indices: in quorum exqvisita perceptione bruta quædam singulari odoratus vigore & Præstantiâ homines vincunt, ut notum est de corvis, canibus, simiis & vulturibus, ubi in ignotum cibum inciderint, qualitates ejus solo odoratu subito percipiunt, favente illis natura, in nimia voracitatis remedium, ut scilicet prius exploratum habeant, qvod tam avidè saepe numero deglutiunt. Verum hæc Olfactus acrimonia in brutis, non ex principio rationis provenit, cum ea, quæ rationis propria sunt, nullum animal

mal præter hominem agat, qui solus
præclaro mentis judicio objecta sen-
tiuum discernit & dijudicat, sed ex so-
la accidental dispositione cerebri, &
exquisitor contextura ipsius organi
ortum trahit, qvò enim bruta cere-
brum sicciss & calidius habent, quo-
que longius Olfactus sensorium à cere-
bro est repositum, eò acriorem sensum
hunc obtinent. Datur quoque aliud
odorum genus, quod alimentum non
comitur, sed per se est gratum vel
ingratum suaqve natura offendit vel
delectat: quales sunt florum, aroma-
tum, aliarumque multarum rerum o-
dores, quorum suavitate homines so-
lum vel potissimum afficiuntur, dum
ex iisdem bruta nullam vel planè man-
cam & imperfectam delectationem ca-
piunt.

§. V.

Hactenus perlustratis, quæ objetti
naturam concernunt, Medium, quod ut
sensorio Olfactus deferantur odores,
in-

intercedere debet, mente complecti reliquum erit. Tale Medium geminum observarunt rerum naturalium inspectores: aërem & aquam, illud primarium, hoc secundarium. Quibus non ut subiecto primo & proprio insit odor, nam cum sit qualitas & proprium sulphuris, non transit de subiecto in subiectum, quod nec cætera Accidentia faciunt. Hoc enim unum inter sex Peripateticorum absurdâ recenseri sollet, Accidens scil. sine suo subiecto proprio. Sed ut color primò & secundum esse naturale ineſt corpori colorato, deinde per speciem, seu spiritualiter ineſt etiam aëri medio; ita odor quoque primo & per se ineſt corpori olenti, deinde per speciem communicatur aëri tamquam medio. Hæc rāmen traductio odoris non sit tam Spiritualliter ut in visu, neque momento, sed in tempore, quod fatis bene animadvertisse potest. Neque negandum est odores non raro etiam realiter in &

cum suo subiecto particulis sulphureis, modò subtilibus & vaporosis, modò fumosis & crassioribus à corpore ipso per calorem, ignem, aliasvè causas resolutis in aërem spargi & ad sensorium deferri, ut in seqventi thesi clarissimo splendebit fulgore. ut itaque aér Medium visionis est, qvaenam corpus diaφanis auditus qvatenus διηκές est, ita Olfactus medium constituit quatenus διοσμήν, hoc est, odori pervium est, vel cuius ea est natura, ut odores transmittere possit. De aqua etiam res manifesta est, exemplo piscium escam hamis impositam vel eminus odorantium.

§. VI.

Braviter sic pro ratione instituti, ea, qvæ in cognitionem Medii nos deducere queunt, expendimus, jam commodior exigit ordo, ut modum Olfactionis, quo nimirum odores per medium ad Olfactus Sensorium deferuntur subjungamus. Quem qvidem multis

tis difficultatum involueris implicatum,
 Auctores arcana naturæ profundosque
 rerum sinus pervolventes explicaturi,
 in varia sententiarum dissidia sunt de-
 ducti, ubi tamen tres potissimum opi-
 niones eorum, qui animorum dissensi-
 one in hoc gordio nodo resolvendo la-
 borârunt nobis fese offerunt, in qvibus
 jam disputationis cardo vertitur. Pri-
 ma præsertim placuit Heraclito & Ga-
 leno, nec non Medicorum perpluri-
 mis, qui statuerunt odores in mate-
 ria & subiecto sicco parumque humi-
 do, usque ad sensorium semper de-
 ferri: imo, longius quidem progressi,
 odores ipsas exhalationes fumosas ef-
 fe putârunt, ut superius percepimus.
 Secundam Peripateticorum quidam
 defendunt, sentientes odorem nunquam
 realiter à corpore olente effundi, aut
 progredi cum aliqua exhalatione, sed
 species tantum odoris per medium ad
 sensorium diffundi perinde ac in visu
 de colore fit. Priorem qvod concer-
 nit, dicimus nos ibi confundi catego-

rias substantiæ & Accidentis, quatenus odores substantias faciunt, qvod supra refellere conati sumus, hoc quidem eis in præcedenti thesi concessimus, quod & nunc ambabus, ut ajunt, manibus largimur, exhalationes scilicet, qvasdam à rebus odoratis effluere, easque per aërem interdum ad ipsum Sensorium deferri, experientia namque probatum dedit, quod exhalationes odoratæ variis modis afficiant cerebrum, ejusque temperiem nunc alterare, nunc mulcere & temperare soleant, quod non tantum in cerebro manifestum, sed in oculis quoque experi-ri licet, quomodo ab exhalationibus & fumis qvæsi roduntur, doloremqve percipiunt. Videmus insuper res odora-tas plurimas paulatim imminui, & re-ablatâ, odorem sæpe in aëre diu per-cipi. Qvod species tantum, qvæ in ab-sentia objecti non remanent, præstare nequeunt. qvæ omnia satis superque confirmant exhalationes corporeas vim calefaciendi & frigefaciendi aliaque
præ-

præstanti obtinentes è rebus odoratis effluere. Sed hæc ad propriam odo-
ratus naturam nihil faciunt. Speciem
enim spiritalem reqviri & præsuppo-
ni extra dubitationis periculum ponit-
tur: nullum enim sensum per qualita-
tem realem seu materialem, sed tantum
per ejus speciem, seu qualitatem in-
tentionalem, quæ radicaliter quidem
est in subiecto, sed communicative per
medium ad organum defertur, affici-
putamus. Interim tamen nec posteri-
ori sententiæ, quæ Peripateticorum est,
per omnia propter rationes supra al-
latas assensum nostrum præbere pos-
sumus. Sed asseveramus nos hic Ter-
tio, odores non raro, ut antea innui-
mus, cum subiecto corporeo ad Olfa-
ctum deferri; hoc tamen perpetuo ne-
cessarium esse negamus, illa namque
Kαπνώδη ἀναπνίασις è re odorata exha-
lans, non semper ad nares usque per-
tingit, & interdum nihil tale è cor-
pore effluit, sed fit Olfactus nudis spe-
ciebus odorum, è re odorata ad orga-

num ejus per aërem vel aquam dela-
 tis. Quod facile illustratur exemplo,
 per quod compendiosum & efficax ob-
 tinetur iter: pisces namque odoribus in
 aqua affecti escam quaerunt, id quod fi-
 eri non posset, si exhalationes cum o-
 dore ut ejus vehiculum temper essent
 coniunctæ, exhalationum enim odora-
 tarum natura in sicco a calore elabo-
 rato consistens, cum per se sursum fe-
 ratur, quomodo aquæ peteret fundum? Vel si eo usque pertingeret, quo
 pacto naturam suam calidam & sic-
 cam ibi integrum servaret; cum res o-
 doratas aquâ superfusas odorem de-
 perdere experientia edocti novimus. si
 denique corpora odorata, quæ saepe
 minima sunt, tota in vaporem resolve-
 rentur, tam diuturnum non possent e-
 dere effluvium, ut ad vasta spatio ex-
 plenda sufficerent, res etiam mul-
 tas, odorem satis diu fundentes nihil
 imminui vel tabescere animadverti-
 mus.

§. vii.

Prius qvam vela Disquisitionis nostræ contrahimus, haud intrugiferum fore confidimus, Qvæstionem hanc sati intricatæ subtilitatis, multaque controversiarum diversitate à rerum expertis' vexatam discursibus nostris, Coronidis loco subiectere. *An scilicet odores ad nutritiopem faciant?* quam negandam esse statuitmus, idqve seqventibus rationum ponderibus instruēti. I. Omne quod nutritioni inservit & ad corporis alendum conductit, compositum sit oportet: corpora namque nutrienda composita sunt, & similia similibus nutriuntur, augmentur & conservantur, odor autem non est corpus seu simplex, seu compositum, seu mixtum; sed Accidens, & quidem ad tertiam qualitatis speciem pertinens, E. non nutrit. II. novimus omnia nutrita, qvasdam alimenti sui reliquias colligere: at de odoribus nulla colliguntur & secernuntur excrementa, sed tan-

tantum de compositis & mixtis, cum
 in his solis sit partium dissimilitudo.
Unde alendi vim nullam obtinent. **III.**
 Debet alimentum alterari ac concoqui,
 inque proprium primumque locum
 concoctionis Ventriculum recipi. Odor
 autem non in ventriculum sed in ca-
 put & cerebrum recipitur. Verum non
 deflunt ratiocinia, quae nobis in contra-
 riam partem obverti possunt, quae li-
 cet nihil praeter apparentiam quandam
 veritatis praes se ferant, potiora tamen
 ordine recensemus, mentisque ad cy-
 nosuram pensata, eadem resolve-
 mus. Argumentantur autem **I.** Hunc
 in modum. Qvodcumque repletionem
 adfert, illud est corporeum, at odores
 cerebrum replent, Ergo corporeum
 seu substantiale quid sunt, & per con-
 sequens eos nutrire posse veritati con-
 sonum relinquitur. **II.** Odores calefa-
 cere, teste Aristotele proponunt. inde-
 que ita colligunt: quod calefacit cor-
 poreum est, Odores calefaciunt **E.** **III.**
 odoribus spiritus animales, auctoritate

Hippocratis, suffulti nutriti posse affirmant, qui ægros odoribus reficiendos vult, ubi vitæ instauratione opus est.

IV. Exemplis nituntur, quibus haud parum roboris sententiæ suæ accedere existimant. Democritum enim morti vicinum panis recentis odore vitam triduo protractasse ferunt. Philippus Melanchton auditoribus suis recitare consuevit, Mœchum quandoam fame necandum; multos dies in carcere ex odore carnis assatæ, quæ ei quotidie, ut acerbior & longior esset famis cruciatus offerebatur, servatum fuisse. Strabo gentem Astomorum in ultima India ad fontem Gongis nominat, quæ solo odore vitam ducat. Qvare ad nervum I. Argumenti respondemus dicendo: repletionem cerebri ab odoribus non per se, sed accidentaliter fieri. repletur enim cerebrum vel ab exhalationibus cum quibus sæpe conjunctus est odor: vel liquefacit calida odoris qualitas humiditates in capite, a quibus deinde fusis proximè fit fusio in venis & cerebro.

Con-

30 Connectioni autem Majoris II. ratiocinii
reponimus, distingventes inter ignem
& calorem, uterque calefacere dicitur,
ignis ut substantia & subjectum caloris,
calor ut qualitas in igne, quæ confun-
denda non sunt, nam calefacit ignis
qualitate sua calida, nec ideo calor
ipse est corpus, sic calefaciunt odores,
non ut corpus seu substantia, sed ut
qualitas corpori inhærens. Ex aucto-
ritate sola de nutritione spirituum a-
nimantium III. loco allata exigui mo-
menti illatio fit, veritati enim con-
sonum videtur Hippocratem per spi-
rituum nutritionem haud indubie in-
nuere voluisse eorum roborationem &
refectionem, & non veram quandam
nutritionem. Exemplis IV. objec-
tis Ergo in medium adductis tale red-
ditur responsum; quod fieri quidem po-
tuit, ut Spiritibus aliquid roboris ex
halitu panis recentis, quo per triduum
vitam traxisse fertur Democritus ac-
cesserit: ideo tamen odoribus vera nu-
triendi potentia adscribenda non est,
nec

nec, per triduum absque cibo & potu vivere, miraculum est. Idem terendum erit judicium de halitu carnium assatarum, non enim tam vitæ producendæ gratiâ, qvam augendæ inquerabiem vertendæ famis causa, captivos ita affixerunt Tyranni. Narrationem autem Strâbonis qvod attinet vix qvempiam credo latet multa fabulosa à veteribus memoriæ prodita esse, qvibus hodienum nihil vel parum fidei habetur, qvod etiam traditioni huic accidit, qvare eandem ut fabulosam relinquimus, nec Strabo ipse dissimulat figmentum esse, qvod ab aliis acceperit. Sic per DEI gratiam Sensum Olfactum tenui nostrô penicillo adumbravimus, qvæ ut B. L. in mitiorem partem accipiat qvæsumus, & si qvid desideret, id bonæ lejus interpretationis cynosura candidusque favor supplebit. Interea calida nostra vota pro perenni incolumitate sua, apud eum, qvi omnis Salutis Auctor & fons est, non deerunt.

Hic Ancoram jacimus, dicentes:
SOLI DEO GLORIA.

TRV. DISS. Dn. JOHANNEM Wickelgreen/
Amicum Optimum

CONGRATULATIO.

Quae tangit tangens novit; sed novit odores
Olfacient, gustans novit & ore cibos.
Olfactus, nibil, quum tritus: attamen illum
Declarare labor, raraque materies.
Conferat Altitonans tibi præmia justa laboris
Egregii, & meritis equiparanda tuis.
Pergis enim nocte sensus aperire latentes,
Quem conatum nunc gratulor atque precor
Ut tibi sic liceat latam decurrere vitam,
Perpete fama polum stringat utrumques omo,
Qui Titulus veteres: semper sic Teg, manebunt
Fama, decus, laudes, honosque tuis.

JOHAN. AGRELL.

Discupiens dulces Phœbi gustare sapores,
Olfaciet multos vigilando noctis odores,
Tempora consumet doctorum scripta legendo,
Atq; auscultando, qvæ candida curq; docentur,
Talem te exhibuisse doces mi snavis amice,
Et te nocturnâ versasse manuque diurnâ,
Mentis opes querens, doctorum scripta virorū,
Dum calamo docto varios depingis odores.
Gratulor his Studiis: cœlum tua cœpta secundet,
Et precor ut veniat tibi lausq; deculq; laboris!

MATTIIAS Wickelman.